AUGUSTINUS. SALADINUS
Klosterneuburg, 3. Viertel 12. Jh. Seite 90v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=387
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



N

ce moderatrix disciplinę cuius professionis necessitate cogitur huma
nę linguę omnia etiam figmenta colligere. quę memorię litte
risq; mandata sunt. non ea falsa faciens. s. de his ueram quandam
docens asserensq; rationem. R. Recte sane. nichil nec curo utrum abs
te ista bene diffinita atq; distincta sint. s. illud quero utrum hoc
ita esse ipsa grammatica. an uero illa disciplina disputacionis osten
dat. h. Nonne ego uim periciamq; diffiniendi qua nec ego ista separa
re conatus sum disputatorie arti tribui. R. Quid ipsa grammatica
non ne si uera est. eo uera est quo disciplina est. Disciplina enim a discendo
dicta est. Nemo autem quę didicit ac tenet nescire dici potest. et nemo
scit falsa. Omnis ergo uera est disciplina. h. Non uideo quidem quid in ista
raciuncula temere concedatur. mouet me tamen ne per istam cuipiam ui
deatur etiam illas fabulas ueras esse. Nam et has didicimus et tenemus. Nunquid
nam magister noster nolebat nos credere quę docebat et nosse. Immo ue
hementer ut nossemus instabat. R. Numquid aliquando instituit ut dedalum
uolasse credere[m]us. h. Hoc quidem numquam s. plane non teneremus fabulam uix nos posse
aliquid manibus tere faciebat. R. Tu ergo negas uerum esse quid ista fabula
sit. et quod ita sit dedalus diffamatus. h. Hoc non nego uerum esse. R. Non ne
gas ergo te didicisse uerum cum ista didiceris. Nam si uolasse dedalum
uerum esset. hoc pueri proficta fabula retinerent atq; redderent. eo
ipso falsa retinerent quo uera essent illa quę redderent. hinc enim ex
stitit illud quod superius mirabamur deuolatu dedali uere fabulam esse
non potuisse nisi dedalum uolasse falsum esset. h. Iam teneo istud. s. quid
ex eo proficiamus expecto. R. Quid. Nisi non esse falsam illam rationem
qua collegimus disciplinam nisi uera doceat disciplinam esse non posse.
h. Et hoc quid adrem. R. Quia uolo dicas mihi unde sit disciplina gram
matica. Inde enim uera est unde disciplina est. h. Nescio quid tibi
respondeam. R. Nonne tibi uidetur si nichil in ea diffinitum esset. nichil
in genera et partes distributum atq; distinctum. nullo modo disciplinam
esse potuisse. h. Iam intelligo quid dicas nec ulla michi occurrit
cuius uis facies discipline in qua non definiciones ac diuisiones